



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

misit; FRIDERICI Tertij coronationi interfuit Aquis-  
grani, ac deinde pertulit oneris, negotiorum,  
Episcopatum LUDOVICO BORBONIO, CAROLI  
Ducis BORBONII filio reliquit, Heinsbergium  
repetens, vbi mortis meditationi, Deo, sibique  
in eius sacra æde vacans, nobili coronide vi-  
tam clausit, & in eadem sibi tumulum elegit,  
*ut ibi esset emortuum Corpus, vbi totus fuerat Animus*  
*viventis. Leod. Chron, & alij.*

## XII.

**H**ocsemius, Chapeavillus, Bucherius, in sua  
Chronologia ad annum Christi 1333.  
volunt denatum ADOLPHVM de MARCKA,  
Comitis de MARCKA filium, ex Praeposito WOR-  
MATIENSI, 75 Episcopum LEODIENSEM. Or-  
dinatus est à CLEMENTE huius nominis Papa V.  
Subdiaconus; Diaconus autem, & Sacerdos ab Episco-  
po PRÆNESTINO: denique à BERENGARIO  
Cardinali Episcopo TUSCVLANO, in Episcopum  
consecratus est. Tristi sanè fato in ea incidit  
tempora, in quibus & domi, & foris turbæ  
multæ, adeoque turbatum eius Imperium. Ab  
eodem decretum A. Christi 1334. ut annus  
inchoaretur à Nativitate DOMINI, cum an-

tea à



tea à Pascha initium seu exordium caperet. ita  
Bucel. in 1. parte sacræ Germaniæ. Ab ipso ME-  
CHLINE A in Feudum Comiti Flandriæ vendita  
14. Iulij. Adita etiam ab illo possessio Comitatū  
LOSSENSIS, quem LUDOVICO ultimo Comi-  
te mortuo, Iure antiquæ & legitimæ donationis,  
ADOLPHVS suum fecit, & usque huc suum  
facit, cum serenissimo PRÆSVLE suo illustrissi-  
mum CAPITVLVM. Rebus ita domi, forisque  
præclare gestis, communi patriæ luctu, sub-  
latus est è vivis. In arce CLAREMONTANA Leodium  
inter & Hoium in D. Lamberti Basilicâ sepultus.  
Plura vide apud Autores citatos

## XV.

**A**NNO à Christo nato MCCCCLVIII. Apri-  
lis XXII. in Auita Cliuorum Arce,  
IOANNES eius nominis secundus primam ex vte-  
ro lucem hausit; alteram seu cœlestem sacro ex  
fonte; quo VETERIS CAMPI XXVI. Abbas  
HENRICVS de Rhaij, IOANNE primo Patre eius  
sic mandante, ipsum abluit IOANNI Duci à con-  
silijs, & in paucis Charus, ac proinde ab eodem  
(vt Cliviæ narrant Annales) à Baptismate, rari  
pretij & operis scypho argenteo inauratōque

donatus